Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

caput eius lætus ⁊ exultabo. Et aperiam in montibus flumina:
⁊ medio campi fontes disrumpam: ⁊ ponam solitudinem stagna
aquarum confundam. Ecce puer meus exaltabitur ⁊ letabitur:
⁊ sublimis erit valde. Haurietis aquas in gaudio
de fontibus salvatoris: ⁊ dicetis in die illa. Confitemini
domino ⁊ invocate nomen eius. Notas facite in populis adi
inventiones eius. memento quia excelsum est nomen
eius. Cantate domino quoniam magnifice fecit annunciate hoc
in universa terra. Dixit dominus omnipotens. Secundum Math.
Vacat. Venit ihesus a galilea in iordanem ad iohannem
ut baptizaretur ab eo. Iohannes autem prohibebat eum dicens.
Ego a te debeo baptizari: ⁊ tu venis ad me: Respondens
autem ihesus dixit ei. Sine modo: sic enim decet nos implere
omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem
ihesus continuo ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cœli
et vidit spiritum dei descendentem sicut columbam ⁊ venientem
super se. Et ecce vox de celis dicens. Hic est filius meus
dilectus in quo mihi complacui. Dominica secunda ad Rom.
Fratres. Habentes donationes secundum gratiam quæ data est
nobis differentes: sive prophetiam secundum rationem fidei: si
ve ministerium in ministrando: sive qui docet in doctrina.
Qui exhortatur in exhortando. Qui tribuit in simplici
tate. Qui præest: in solicitudine. Qui miseretur in hyla
ritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum: ad
hærentes bono. Caritate fraternitatis in invicem diligentes: ho
nore invicem prevenientes. Solicitudine non pigri. Spi
ritu ferventes: domino servientes. Spe gaudentes: in tri
bulatione patientes. Orationi instantes: necessitatibus
sanctorum communicantes. Hospitalitatem sectantes. Be-